



Per.
Lat
020


Moderator ephemeridis compluribus sociis adiuvantibus STEPHANUS SZÉKELY DR. *Budapestini, Üllői-út 71.*, ad quem epistolae et manuscripta mittantur.

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZEL *Budapestini, VIII., József-körút 48.*, ad quem
□ □ □ pecuniae quaecunque dirigantur. □ □ □

Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae
□ □ □ subscriptionis : 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae. □ □ □

Henricus Dunant.¹

Henricus Dunant auctor² Crucis Rubrae, annum agens octogesimum in Helvetiae pago Heiden, ubi in secessu³ vivebat, supremum obiit diem. Anno 1828 familiā locupletissimā⁴ natus est Genevae et iam adulescentis animus ad beneficia propensus erat.⁵ Anno 1859 in bellum Tauricum⁶ profectus est, ubi suā pecuniā vulneratorum ministros⁷ conduxit.⁸ Quadraginta millia moribundorum vulneratorumve hic vidit, qua re horrenda permotus⁹ ad belli terrores minuendos decreta gentium¹⁰ urgebat.¹¹ Multum proficiscebatur, multorum animos sollicitabat,¹² plurima faciebat verba¹³ et omnes suas fortunas absumpsit,¹⁴ ut senten-



tiam, quam tantopere adamaverat, ad effectum perduceret.¹⁵ Denique anno 1862 Genevae conventus¹⁶ habitus est, ubi conditiones¹⁷ Dunanti in deliberationem venerunt,¹⁸ insequenti anno ibidem¹⁹ sedecim civitates²⁰ subscripserunt pactum²¹ de Cruce Rubra.

Nunc iam 49 civitates Cruci Rubrae obligatae sunt. — Primus fuit Dunant, qui anno 1901 praemium Nobelianum, circiter ducenta millia abstulit.²² (Hoc enim praemium Nobel, vir ille divitissimus iis legavit,²³ qui plurimum conlaturi essent²⁴ ad hominum sodalita-

¹ Olv. Dünán ² alapító
³ visszavonulva ⁴ gazdag
⁵ hajlik ⁶ Krim ⁷ beteg-
ápoló ⁸ felfogad ⁹ indít
¹⁰ nemzetközi megállapodás
¹¹ sürget ¹² izgat ¹³ szó-
nokol ¹⁴ elkölt ¹⁵ valóra
vált ¹⁶ gyűlés ¹⁷ előter-
jesztés ¹⁸ tárgyalásra kerül
¹⁹ ugyanott ²⁰ állam ²¹ szer-
ződés ²² elnyer ²³ hagyó-
mányoz ²⁴ hozzájárul




tem,²⁵ ad perpetuos exercitus minuendos,²⁶ et cetera.) Deinde septuaginta annos natus a civitate Helvetia praemium Binet-Fenotianum nactus est, quia «de patria sua optime meritis esset»; denique urbs Moscovia quinque millia fundavit²⁷ in honorem Duntanti, «qui saeculo undevicesimo de genere humano optime²⁸ meritis fuisset».

Hic tantus vir dignissimus est, ut memoriam eius colamus et observemus.

²⁵ testvériség ²⁶ csökkent ²⁷ alapít ²⁸ az emberiség körül legtöbb érdemet szerzett.

De Pompeis. V.

In pictura videmus sex e novem regionibus¹ urbis, ut a Fiorellio describebantur. In quaque regione inveniuntur «insulae». Insula est frequentia² domorum conducticiarum,³ quae quattuor plateis⁴ circumdatur. Quarum insularum portae singulae numeris distinctae⁵ sunt. In picturā nostrā aedificiorum nomina linguā Italicā describuntur.



Iurisdictio Sinensis.¹

De conformando fluvio² Hun multae iam lites³ inter cives «Imperii Coelestis»⁴ exstiterunt.⁵ Nunc quoque Li-Ti possessor agrorum⁶ litem habuit cum rivali⁷ suo.

Venit igitur ad iudicem, qui in tribunali⁸ relator⁹ litis erat, eumque ita alloquitur:

— Iustissime mandarine, qui in nomine filii Solis¹⁰ litem adiudicas,¹⁴ exaudi me!

— Num quid me¹¹ vis?

— Lis mihi est cum Ma Ni, vicino meo.

— Audio te.

— Memento temporis¹² declarabo¹³ litem mihi adiudicandam¹⁴ esse. His dictis Li Ti scripta,¹⁵ quae in mensa erant, removit¹⁶ et sic dimidiam¹⁷ mensam vacuefecit.¹⁸ «Haec est possessio mea — continuat¹⁹ orationem — et in mensa magnum quadratum

Facillime invenias quamcunque domum in ruinis Pompeiorum, quia clare et distincte designatae sunt.⁵ Si dixerō: Regio VI., Insula 15., statim invenies Domum Vettiorum, quae dicitur.⁶ Portarum denotatio⁷ in hac pictura deest.

Duabus viis urbs in quattuor partes dividitur. Altera via a Fiorellio italice Strada di Mercurio — Via Mercurii —, altera Strada di Nola — Via Nolana — nominata est; quarum viarum natura simillima est viis castrorum Romanorum. Viae principales,⁸ quae ab oriente⁹ ad occidentem ferunt, *decumani*¹⁰ dicuntur, quae a septentrione ad meridiem, *cardines*; ceteris viis numeri inditi sunt a prima (I.) usque ad undecimam (XI.).

Quid fuerit nomen antiquum singularum viarum et domorum, nunc iam definiri¹¹ nequit.

¹ kerület ² tömeg ³ bérház ⁴ utca ⁵ megjelöl ⁶ úgynevezett ⁷ feltüntetés ⁸ főutca ⁹ kelet ¹⁰ decumana porta a táborban a 10. (decima) cohors melletti kapu, főkapu; *cardines* északi és déli sark ¹¹ megállapít

describit, cuius latera aureis,²⁰ novissime cusis²¹ distinguit.²²

Haec est possessio vicini mei, et... fines possessionis simili modo distinguuntur.

Hoc est flumen Hun. Dictum factum:²³ undae fluminis aureis pulcherrime in mensa splendebant.

Societas fluvii conformandi²⁴ alveum²⁵ sic vult ducere. Nova linea ex auro.


Vicinus ita eum duci velit: denuo describitur²² linea aurea.

Ego propius velim ducere. Quarta linea. Nunc te rogo, iudex iustissime, conferas te ad studium²⁶ huius geographiae et memento²⁷ iustitiae. Quia geographia possessoris Li Ti mille aureis nitebatur,²⁸ facillime Ma Ni iudex de veritate eius convictus²⁹ est.

I. Vörös de Törey.

¹ kínai igazságszolgáltatás ² folyamszabályozás ³ per ⁴ megyei birodalom (Kína) ⁵ keletkezik ⁶ földbirtokos ⁷ birtokostárs ⁸ törvényszék ⁹ előadó ¹⁰ «a Nap fia» (kínai császár) ¹¹ «tőlem» ¹² azonnal ¹³ bebizonyít ¹⁴ odaitél ¹⁵ irat ¹⁶ félretol ¹⁷ a fele ¹⁸ üressé tesz ¹⁹ folytat ²⁰ aureus (nummus) egy arany ²¹ cudo, -ere ver ²² kirak ²³ perc alatt ²⁴ folyamszabályozó társaság ²⁵ folyó medre ²⁶ nekifekszik a földrajz tanulmányozásának ²⁷ memini «gondol» ²⁸ támaszkodik ²⁹ meggyőz.

Multarum domorum nomina hodierna ad voluntatem¹² data; sic conspicitur Pompeis «domus poëtae tragici», «domus Pansae», «domus Fauni», «domus Holconii», «domus Sallustii» aliaeque. Nomina a rebus fortuitis;¹³ ab inscriptione qua-




dam, a musivo,¹⁴ a pictura quadam etc. inventa sunt.

Plurimae domorum nunc vacuae¹⁵ sunt, quia — ut supra diximus — quae moveri possunt, maximam partem¹⁶ in Museum Neapolitanum transferuntur.

Una domus est, quae statu¹⁷ optimo e Vesuvii cineribus insurrexit;¹⁸ sed etiam multitudine rerum ibi inventarum visu dignissima putatur. Haec est domus, quae vocatur⁶ Vettiorum. In ea, quatenus¹⁹ fieri potuit, omnia in re praesenti²⁰ relinquebantur. Hac re ita afficimur,²¹ ut ante duo millia annorum vivere videamur.

¹² önkényesen ¹³ esetleges ¹⁴ musivum = mozaik
¹⁵ üres ¹⁶ nagyrészt ¹⁷ állapot ¹⁸ föltámad ¹⁹ amennyire
²⁰ eredeti állapotban ²¹ benyomást nyer.



LECTORIBUS MINIMIS.

Reditus Ulyssis. IV.

Postquam Polyphemus dolorem¹ sensit,² tam vehementer³ clamavit, ut ceteri Cyclopes accurrerent. Putabant enim Polyphemum ab aliquo necari. Itaque ante speluncam stantes interrogaverunt, quis eum necaret, Polyhemus respondit: Nemo me vi⁴ atque dolo⁵ necat. Credidit enim hoc esse nomen Ulyssis.

Sed ceteri Cyclopes hoc aliter⁶ intellegebant.⁷ Simulac⁸ audiverunt Polyphemum a «nemine» necari, dixerunt: Si nemo te necat, nostrum auxilium⁹ non est necessarium.¹⁰ Itaque abierunt et reliquerunt¹¹ illum flentem¹² et clamantem.

Interim Ulysses rationem¹³ excogitavit,¹⁴ quomodo e spelunca exire possent. Ternos hircos¹⁵ colligavit¹⁶ et sub mediis¹⁷ alligavit¹⁸ comites suos; se ipsum autem manibus pedibusque sub crassissimo¹⁹ et maximo tenuit. Mane²⁰ caecus Polyphemus ianua²¹ aperuit²² et ipse in ianua sedens terga²³ exentium animalium manibus contrectabat.²⁴ Putavit enim Ulysses cum sociis in hircis sedentes exire; sed non putavit illos sub ventribus²⁵ hircorum exituros esse.



Verba publica.

Finis²⁶ coronat²⁷ opus. — Hannibal ante portas.²⁸ — Hanc veniam²⁹ petimusque³⁰

¹ fájdalom ² érez ³ erősen ⁴ erőszakkal ⁵ cselrel
⁶ másképp ⁷ ért ⁸ mihelyt ⁹ segítség ¹⁰ szükséges
¹¹ hagy ¹² sírva ¹³ mód ¹⁴ kigondol ¹⁵ bak
¹⁶ összeköt ¹⁷ középső ¹⁸ megkötöz ¹⁹ kövér ²⁰ reggel
²¹ ajtó («szikla») ²² nyit ²³ hát ²⁴ megtapogat
²⁵ has ²⁶ vég ²⁷ koronáz ²⁸ baj van ²⁹ bocsánat ³⁰ kér

damusque vicissim.³¹ — Hinc³² illae lacrimae.³³ — Hic Rhodus, hic salta.³⁴ — Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione³⁵ voluntas. — Homo homini lupus.³⁶ — Homo sum, humani nihil³⁷ alienum³⁸ a me. — Ignotos³⁹ fallit,⁴⁰ notis⁴¹ est derisui.⁴² — Imperare sibi maximum imperium⁴³ est. — Incidit⁴⁴ in Scyllam,⁴⁵ qui vult evitare⁴⁶ Charybdin.⁴⁷ — Infandum,⁴⁸ regina, iubes renovare⁴⁹ dolorem. — In flagranti.⁵⁰ — In necessariis⁵¹ unitas,⁵² in dubiis⁵³ libertas, in omnibus autem caritas.⁵⁴ — Inter arma silent⁵⁵ Musae. — Ira furor⁵⁶ brevis est. — Iam proximus⁵⁷ ardet⁵⁸ Ucalegon.

31 kölcsönösen 32 innen 33 könny 34 ugrik (most lássuk, mit tudsz) 35 értelem 36 t. i. est 37 semmi emberi dolog 38 idegen 39 ismeretlen 40 rászed 41 a beavatott 42 nevetés tárgya 43 uralom 44 belesik 45 egy szikla 46 kikerül 47 örvény (Sicilia és Itália között, «cseberből-vederbe») 48 kimondhatatlan 49 megujt 50 tettenérve 51 szükséges 52 egység 53 kétes 54 szeretet 55 hallgat 56 düh 57 legközelebb 58 ég (l. 28).



Vindobonenses athletae cum Hungaris follis expulsandi¹ certamen posuerunt Budapestini, unde nostri victores discesserunt. In certamine enim, cui duodecim millia hominum interfuerunt, follis a Hungaris per portam, a Vindobonensibus defensam² ter abiectus³ est, cum hi frustra conarentur follem in portam mittere.

In certamine natandi, quod a societate Austriacā Viennae factum est, Circulus Athleticus Polytechnici⁴ Budapestinensis compluria praemia reportavit. In citatius natando⁵ 68 metrorum Emericus Zachar, — in quingentorum metrorum certamine idem, in certamine centum metrorum, quod erat de natandi per Austriam principatu,⁶ Andreas Baronyi, — in natatione, quae partim tergo, partim pectore facta est, nostri pulcherrime vicerunt.

Berolini in certamine luctatorum Hungari tribus praemiis affecti sunt.


¹ follis expulsandus = rúgólabda ² véd ³ bedob ⁴ mügyetem ⁵ gyorsúszás ⁶ natandi principatus = úszóbajnokság.



Marconi, qui telegraphum sine filo¹ repperit, novissime arti volandi operam dat.² In eo est, ut machinam fabricetur, quā quam celerrime in aërem subvolare³ possit. Non est dubium, quin Marconi in arte volandi multa nova facturus sit.

Mac Curdy aëronauta de constrato⁴ navis Victoria Augusta Novum Eboracum⁵ volaturus est, simulac navis 50 miliaria⁶ ab urbe amota fuerit. Pedites et classarii⁷ volatum observabunt. Ut volatus fieri possit, in prora⁸ navis constratum alterum accommodabitur.⁹ Toti rei vehiculariae praefectus¹⁰ concessit aëronautae, ut ea, quae per cursum publicum¹¹ expedienda¹² forent, de nave in urbem portaret. Hoc erit primum vehiculum publicum,¹¹ quod volando res perferet.

¹ sodrony ² operam do foglalkozik ³ fölszáll constratum = fedélzet ⁴ New-York ⁵ mérföld ⁶ tengerész ⁷ hajóorr ⁸ alkalmaz ⁹ postaigazgató ¹⁰ posta ¹¹ szállít.



Ludi mathematici.

$$\begin{aligned}
 1 \times 9 + 2 &= 11 \\
 12 \times 9 + 3 &= 111 \\
 123 \times 9 + 4 &= 1111 \\
 1234 \times 9 + 5 &= 11111 \\
 12345 \times 9 + 6 &= 111111 \\
 123456 \times 9 + 7 &= 1111111 \\
 1234567 \times 9 + 8 &= 11111111 \\
 12345678 \times 9 + 9 &= 111111111
 \end{aligned}$$

*

$$\begin{aligned}
 9 \times 9 + 7 &= 88 \\
 98 \times 9 + 6 &= 888 \\
 987 \times 9 + 5 &= 8888 \\
 9876 \times 9 + 4 &= 88888 \\
 98765 \times 9 + 3 &= 888888 \\
 987654 \times 9 + 2 &= 8888888 \\
 9876543 \times 9 + 1 &= 88888888 \\
 98765432 \times 9 + 0 &= 888888888
 \end{aligned}$$

★

$$\begin{aligned}
 1 \times 8 + 1 &= 9 \\
 12 \times 8 + 2 &= 98 \\
 123 \times 8 + 3 &= 987 \\
 1234 \times 8 + 4 &= 9876 \\
 12345 \times 8 + 5 &= 98765 \\
 123456 \times 8 + 6 &= 987654 \\
 1234567 \times 8 + 7 &= 9876543 \\
 12345678 \times 8 + 8 &= 98765432 \\
 123456789 \times 8 + 9 &= 987654321
 \end{aligned}$$

I. Gibá.

Dolmen nominantur haec saxa,¹ quorum nomen e linguā hominum, qui Britanniam Minorem² incolunt, derivatur:³ *daul* = tabula, *moen* = saxum. Saxum libratum⁴ ita impositum est saxis duobus, tribus pluribusve, ut mensae similia sint. Saxorum latera interiora fere semper levigata⁵ sunt, cetera latera impolita.⁶ Haec monumenta sunt sepulcra. Ossa⁷ humana ibi inveniuntur, supina⁸ iacentia vel complicata.⁹ In Galliae ora occi-



dentali¹⁰ innumerabilia, in insula Corsica, in Hispania, in Britannia et Germania multa, in patria nostrā nulla inveniuntur. Sunt, qui haec saxa vagis¹¹ gentibus tribuant; sunt qui dicant in orā maritimā aetate lapidea¹² a populis, qui a cultu atque humani-

tate longissime abfuerint,¹³ ea exstructa esse; quippe¹⁴ qui populi in statu naturali,¹⁵ etsi longissime alius ab alio distent, in similibus conditionibus¹⁶ similia proficere¹⁷ soleant neque ullam inter se habeant vim.¹⁸

Umbrarum¹⁹ **lusus.** Amico tempore vespertino hiberni²⁰ diei, pensis²¹ finitis iucundus est umbrarum lusus, qui paucissimis instrumentis ludi potest. Haec instrumenta



sunt manus nostrae, quae eo aptiores²² sunt ad lusum, quo tenuiores²³ sunt et quo tereiores²⁴ sunt digiti²⁵ nostri. Si haec imagines recte imitatus eris, tibi quoque bene cedit.²⁶ Experiaris²⁷ imitari (a) hoc caput caninum, (b) leporem, (c) elephantum, (d) aquilam, (e) lupum, (f) felem, (g) equum, (h) limacem.²⁸

I. Bergmeister.

1 saxum szikla 2 Bretagne 3 származtat 4 vízszintes 5 simít 6 simítatlan 7 csont 8 kinyújtóztatva 9 guggol 10 nyugati part 11 nomád 12 kőkorszak 13 műveletlen 14 mivel 15 ósállapot 16 körülmény 17 alkot 18 egymásra hat 19 árnyék 20 téli 21 feladat 22 alkalmas 23 keskeny, karcsú 24 teres (l) kárcsú 25 az ujj 26 sikerül 27 megkísért 28 csiga.



Carolus a Bigault Gallus, qui peritissimus¹ erat litterarum Hungaricarum, mortuus est. Magister erat Nannetibus² et libentissime litteris Scandinavicis Hungaricisque studebat.³ Translata⁴ edidit opera⁴ Ibseni Strindbergique, anno 1896. convertit in linguam Gallicam Madáchii nostri Tragoediam Hominis, mox notissimam illam tragoediam: Bánk Bán aliaque. Mors improvisa⁵ viri doctissimi maximum est damnum⁶ litterarum nostrarum, quarum amantior nemo Gallus vivit.

In Italiae parte meridiana, maxime locis Vesuvio monti vicinis grandissima vis nimborum effundebatur.⁷ Brevi tempore altera iam calamitas est, qua haec loca amoenissima⁸ afficiebantur. Nimbis multi homines multaeque fortunae⁹ deleta sunt. Maximum est detrimentum¹⁰ factum in provincia¹¹ Salernitana. Curatores¹² Italiae rursus auxilium ferre coguntur, ne regiones afflictae¹³ funditus¹⁴ intereant.¹⁵

Csulalongkorn, rex Siami annum agens quinquagesimum quintum mortuus est. Summis viribus elaborabat, ut cultum humanitatemque¹⁶ nostram inter cives suos divulgaret,¹⁷ quamobrem¹⁸ per Europam crebriora itinera fecit. Ante aliquot annos in Hungaria quoque erat. Cum suo nomine coniuncta¹⁹ est in Siam abolitio²⁰ venaliciariae.²¹

Iulius Városov archiepiscopus²² Coloczensis anno sexagesimo quarto exacto²³ vitā decessit. Antistes²⁴ mortuus, cuius pietas liberalitasque²⁵ notissima erat, diu aegrotabat, donec a cruciatibus liberatus est. Liberalitatis documentum sunt legata²⁶ grandia, quae testamento reliquit.

Franciscus Erkel, qui cantus pulcherrimos scripsit, ante hos centum annos²⁷ VII. Id. Nov. in urbe Gyula natus est. Multa opera melica maiora²⁸ composuit, quorum

notissima sunt: Maria Báthory, Ladislaus Hunyady, Banus Bánk, Rex Stephanus. Praeter haec clarissimi sunt modi,²⁹ quos carmini Kőlcseyano aptavit.³⁰ Tota patria hunc diem natalalem viri celeberrimi cum pietate persecuta³¹ est.

In urbe Szászváros novum aedificium collegii, quod a nomine comitis Kuún appellatur, inauguratum est. Quibus sollemnibus intererat comes Ioannes Zichy, summus rerum scholasticarum in Hungaria praefectus.



Academia Holmensis³² praemium Nobelianum Ioanni von der Waals medico adiudicavit³³ pro opere, quod scripsit de spirabilibus³⁴ liquidisque³⁵ corporibus. Hoc opus, quod ante viginti annos editum est, admirationem virorum doctorum movit.³⁶ Opinione³⁷ enim, quam de natura materiae³⁸ hoc libro elocutus est, viam inveniendarum rerum³⁹ patefecit.⁴⁰ Praemium pro litteris inter Paulum Heyse Germanum et Carolum Heidenstam Svecicum⁴¹ bipertitur.⁴²

1 jártas 2 Nantes 3 foglalkozik 4 fordítás 5 váratlan 6 veszteség 7 felhőszakadás volt 8 regényes 9 holmi 10 kár 11 megye 12 kormányférfi 13 sujtott 14 teljesen 15 pusztul 16 műveltség 17 terjeszt 18 azért 19 összekötve 20 megszüntetés 21 rabszolgakereskedés 22 érsek 23 befejez 24 főpap 25 bőkezűség 26 hagyomány 27 most száz éve 28 opus melicum maius = opera 29 dallam 30 alkalmaz, «költ» 31 «megtart» 32 stockholmi 33 odaitél 34 légnemű 35 folyékony 36 indít, «fölkelt» 37 föltevés 38 anyag 39 új találmány 40 nyit 41 svéd 42 megoszt.

Robinson. XIV.

Latine scripsit Stephanus Probus Dr. Solnensis.

Robinson colonus praedives¹ vitam degit beatam. Pugna cum anthropophagis.

Robinson partim Marte suo,² partim fortunā favente colonus factus est ditissimus. Mercibus enim e nave servatis ita domicilium suum exornavit,³ ut in insulā quondam vastā omnia iam reperiret urbanae vitae commoda.⁴

1 dúsgazdag telepítvényes 2 saját emberségéből 3 fölszerel 4 kényelem



Neque tamen inertiae se tradidit corrupendum, sed unā cum socio nunc in horto agrisque colendis, nunc venando vitam degebat.

Accidit autem dimidio fere post anno, ut Quintus domino, nescio cui⁵ rei intento anhe-



lans⁶ nuntiaret: scaphas barbaris plenas ad insulam appelli.⁷ Quo nuntio audito Robinson nequaquam⁸ perturbatus socium trepidantem⁹ forti animo esse iubet edocetque eum, quam facili negotio nunc ipsi vel centum feros fundere fugareque¹⁰ possint. Consilium autem, quod ceteris posthabitis¹¹ ceperat, fuit, ut tormentum bellicum ad barbaros epulantes nihilque praesagientes¹² furtim subveheretur atque repente exploderetur;¹³ dein vero — si res postulasset — sclopetis quoque et gladiis adversus resistentes uterentur.

Nec mora,¹⁴ tormentum silentio subvehitur glansque¹⁵ plumbea ultro supra capita ferorum emittitur. Fragore audito permulti barbarorum veluti fulmine icti in terram procidunt, ceteri vero effusi¹⁶ fugientes ad scaphas tendunt.

Attamen timor hostium — cum nemo esset vulneratus — exspectatione minor erat. Paulo enim post circumspicientes erigunt se humo, mox ceteri quoque e litore revertuntur, quinimo¹⁷ et alteri captivo mortem intentantes¹⁸ epulas intermissas¹⁹ instaurare²⁰ parant. Quod cum Robinson e latebris²¹ animadvertisset, irā inflammatus captivum, quem Europaeum esse distincte²² agnovit,²³ vel maximā strage²⁴ barbarorum liberare statuit.

Sclopetum igitur accurate²⁵ directum²⁶ exploduntur atque unoquoque ictu bini, terni concidunt barbari. Reliqui ingenti ululatu²⁷ edito fugā salutem quaerentes scaphas conscendere properant

⁵ valami ⁶ liheg ⁷ kiköt ⁸ éppen nem ⁹ remeg ¹⁰ teljesen szétver ¹¹ mellőz ¹² sejt ¹³ elsüt ¹⁴ azonnal ¹⁵ golyó ¹⁶ rendetlenül ¹⁷ sőt ¹⁸ fenyeget ¹⁹ félbeszakít ²⁰ újból megkezd ²¹ rejték hely ²² határozottan ²³ felismer ²⁴ mészárlás ²⁵ pontosan ²⁶ irányít ²⁷ üvöltés.



Ventus deflavit¹ petasum² cuidam homini, qui eum cursu sectabatur.³ Dum currit, obviam⁴ veniens amicus eum rogat: Quo⁵ curris? — Noli me interrogare. Interroga petasum meum!

A. Gusielle.

Ad Aristippum philosophum venit vir divitissimus, ut ei filium docendum traderet. Cum philosophus pretium docendi⁶ statueret,⁷ homo noster — Tanti⁸ etiam servum vel asinum — inquit — emere possum. — Eme tibi et habebis duos, respondit philosophus.

A. Gusielle.

Hospes (ad servum). Domi-ne dominus est?

Servus. Non est domi.

Hospes. Quando veniet?

Servus. Nescio, sed si causa⁹ gravis¹⁰ est, introibo et interrogabo eum.

L. Óvári.

Iulius in schola male se gerebat. Ideo a patre discere iussus domi retentus est, dum frater cum amicis in horto pilā¹¹ ludebat. Pater abiens etiam fenestram¹² clausit,¹³ ne Iulius clamore¹⁴ ludantium turbaretur.¹⁵

Dum Iulius morosus¹⁶ discit, mater intrans, cui dentes dolebant,¹⁷ exclamat:

— Alicubi¹⁸ aliquid apertum est, aëris flatum¹⁹ sentio.


— Nihil apertum est, respondit subito Iulius — carissima matercula — praeter librum meum. Sed tuā causā²⁰ hunc quoque claudam.

L. Serédy.

Magister. Quam terram incolunt Galli? *Discipulus.* Galliam. *M.* Hungari? *D.* Hungariam. *M.* Mohamedani? *D.* Mohamedaniam.

A. Manovill.

¹ lefű ² kalap ³ üldöz ⁴ szembe ⁵ hova ⁶ tandíj ⁷ megszab ⁸ énnyiért ⁹ ügy ¹⁰ komoly ¹¹ labdázik ¹² ablak ¹³ betesz ¹⁴ zaj ¹⁵ zavar ¹⁶ kedvetlen ¹⁷ fáj ¹⁸ valahol ¹⁹ léghuzam ²⁰ kedvéért.



I.

In deversorio¹ septem hospites diurni² prandere³ solent. Primus venit quotidie secundus secundo quoque die, tertius tertio, quartus quarto, quintus quinto, sextus sexto, septimus septimo quoque die. Quo die convenerunt omnes?

II.

Pater quinquies senior est filio. Post decem annos pater ter senior erit filio. Quot annos natus est pater, quot filius?

Eug. Maros.

III.

Nonnulli amici solvunt pro re quadam 190 coronas; quisque eorum novem coronis minus solvit, quam est numerus sodalium.⁴ Quot erant sodales et quantum solvit quisque eorum?

G. Morvay.

IV.

Paulus et Antonius pecuniam habent. Paulus dat Antonio tantum, quantum prius⁵ Antonius habuit. Antonius autem reddit Paulo tantum, quantum Paulo remansit. Hoc facto uterque 48 coronas habuit. Quantum pecuniae habuit prius uterque?


L. Ienk.

V.

Viri benefici conferunt⁶ ad rem quandam 7200 coronas. Quisque eorum duplo plus dedit, quam ipsi erant. Quot homines fuerunt?

I. Péry.

VI.



¹ vendéglő ² állandó vendég ³ ebédel ⁴ társ
⁵ előbb ⁶ összerak.

Solutiones aenigmatum numeri 4.

I. $(17 \times 7) + 13 = 132$, $12 \times 11 = 132$.



II. Tres fratres, duae sorores.

IV. $268 \cdot 42 + 939 \cdot 47 + 2192 \cdot 09$. (Iter proposito duobus centimetris brevius esse apparet.) V. Nox. VI. $135 \cdot 59 + 203 \cdot 39 + 305 \cdot 09 + 355 \cdot 93 = 1000$ coronae. VII. Carolus $9\frac{1}{14}$, Paulus habet $14\frac{8}{11}$ coronas.

VIII. Leonidas

Aenigmata recte dissolverunt: L. Bruck, F. Dalnoki, L. Engel, I. Gibás, Z. Grosz, Z. Hajós, L. Horváth, M. Masirevits, Th. Osztrovszky, P. Winkler, Szegedinius quidam sine nomine. P. Ajtay, D. Grandjean, L. Henigh, R. Iank, A. Kollár, F. Lányi, C. Lengyel, N. Marek, B. Rády, E. Rohonyi, St. Sárdy, I. Szeremley, P. Túry, R. Veress, N. Vidéky, O. Záry, I. Arte (?) Ujverbász. Nomen tuum legi non potest. — A. Borsai, Aug. Fejes, I. Geday, D. Iung, Magda Kaufmann, Z. Rosenzweig (pulchrius scribe!), Georgina Wolf, A. Lukács.

Praemium Colomanno Lengyel Váradicensi adiudicatum est.



Fratres Nánay. Alterum edetur. Imago non est satis clara. — Iosephus Sz. Notissimum est. — Franciscus Sz. Deum ne ioco quidem ita commemorare licet. — Iaczenkó. Aenigma mihi placet. — Masirevits. Aenigma melius mittas. — C. Szabó (Agria). «Nos in schola latine loquimur. Ars latine loquendi, D. Thomas Elsaesser O. S. B. 1909» nobis quoque notissimum est. Nos, aequae ac tu, hoc libello legendo atque discendo magnum cumulum ad scientiam litterarum Latinarum cuiusque lectoris accedere putamus. Gratias pro tua erga nos voluntate. — P. Winkler. Aenigma pulcherrime delineavisti; sed timeo, ne nimis difficile sit. — I. Huszár. Non dubito, quin tu meliora missurus sis. — Th. Osztrovszky. Summo cum gaudio persequor tua studia Latina, quae pulcherrima nos de te sperare iubent. Carminis quoque, quod mihi misisti, stropha prima satis pulchra est. — N. R. Baja. Quod tu misisti, nimium ad Phaedrum adhaerescit. — L. Serédy. Maximam tibi gratias agimus, vir doctissime, pro tua erga nos comitate. Credas aegerrime nos ferre, quod tua de «mortuorum cultu» tam tarde nobis tradita sint. Seposimus ea et speramus fore ut data occasione iis uti possimus. — Venus, tiger (?) sine nomine mihi traditum est. Aenigma non est aptum, ut cum lectoribus nostris communicetur. — F. Dalnoki. Unum alterumve edetur. — I. G. Agria. Parte tuorum, ut vides, usus sum. — I. Huszár. Aenigma tuum nusquam invenio. Tua studia laudanda sunt. — Lectoribus. Si quis vestrum non accepit responsum, alias mihi litteras mittat. — Ad lectores in Gallia. Si quis vestrum cum adolescente Hungarico commercium litterarum linguâ vestrâ vel Latinâ desiderat, mittat epistolam ad Franciscum Dalnoki, Budapestini, VIII., József-utca 5., II/14. — Proxime plura.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.